



Sammelband von Dina



U. g. 1975

SEPTIMA
PROCESSVS IVDICIARII
DISPUTATIO

DE CONFES-
SIONE, FAMA, PRÆ-
SUMPTIONE, IVRAMENTO
reliquisque Probationum speci-
ebus,

QVAM

*Ex Iure Civ. Canon. Saxonie. Ordinat. Camera
Imper. ac receptis in foro opinionibus,
depromptam*

In nomine Numinis divini

SVB PRÆSIDIO

Nobilissimi, & Amplissimi viri,

Dn. ARNOLDI DE REYGER, I Cti.
Clariss. P. P. P. in incluta Salana celeberr.
Magdeburg. Consilarii di-
gniss.

Publicè expugnandam propugnabit

I V L I V S M A R C V S.

Ad X I I I. Decembris h. l. consuetis.

I E N Æ

Typis Tobia Steinmanni.

ANNO MDCCXCV.



AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS, CONSULTISSIMIS, multarumq; rerum usu, & experientia, prestantissimis Viris;

D. N. GUNTHERO SCNEIDEVVEIN.

ET

D. N. HELIÆ FORSTERO I. V. D.

ILLVSTRISSIMORVM CELSISSIMORVMq; Saxonie Ducum Consiliarius fidelissimus

Dnn. Patronis, Affinibus atq; amicis officiosè colendis

Hasce positiones in observantia testimonium

D. D. D.

IULIVS MARCVS.

A. & A.



C O N T I N U A T I O .

Quoniam de probationibus in genere, & quæ fiunt per testes, superiori disputatione actum; non videbimur extra oleas vagari, si processus judiciarii naturam, & instituti nostri seriem, lecti, reliquas species accesserimus.

T H E S I S I.

PRIMO AVTEM SE OF- DE CON-
fert Confessio a, quæ fit à majore 25. FESSIONE
annis b, mentis compote c, sponte d,
scienter sine errore e, à Domino f, ad
versario præsentate g, contra se, de re li-
tigiosa i, coram suo iudice k, cui non
lex l, vel natura m, vel favor negotii,

repugnat n.

a Quæ quidem inter probationis modos refer-
tur, non tam quod probet, quam quod à probationis
onere relevet. Marant. p. 6. in rubr. de confess. n. 1. Hyppol. de
Marsil. in rubr. de prob. fol. 12. Duar. eod. t. ff. c. 2. n. fin. & c. 3. in
pr. Vesn. in par. de probat. n. 4. Alciat. tr. de præscr. pr. p. 3. num. 2.
per not. à Br. Salic. Bl. & alijs ad rubr. C. de prob. Robert. 4. sent. 1.
Sich. in l. 23. n. 12. C. de prob. qui tamen sibi quasi contrarius est in
rubr. C. eo. n. 9. arg. c. cum ad sedem de restit. spol. & l. 16. C. de pæn.
b l. certum. 6. §. in pupil. 5. ff. de confess. nam si minor con-
fessus fuerit contra seipsum, sibi non præjudicat. gl. in c. no-
tum. 2. q. 1. verb. confess. Termin. in process. c. 45. de confes. secundum
Angel. Hypp. & Cyn. Roland. à Valle in cons. 31. n. 8. In terri-
toriiis

torii, ubi viget ius Saxon. maturius sapiunt homines, si-
quidem majores esse & perfectum habere iudicium di-
cuntur statim anno 21. Landrecht. lib. 1. art. 42. in verb. Ober
21. Jahr ist der Man zu seinen Tagen kommen. ubi gl. Echn-
recht c. 26. Weichbildt. art. ult. Different. iur. Civ. & Sax. 9. Pu-
pilli enim Confessio sine tutoris autoritate facta, d. l. 6.
Vvesn. h. t. n. 3. siquidem aetas eius quicquid videt, ignorat.
l. 1. C. de fals. mon. t. r. de auth. tut: pro nulla habetur: adulto
vero nocet, sed restitutionis beneficio aboletur. l. 3. C.
de in integr. restit. min. Vnde observandum, ex solius tu-
toris vel curatoris confessione, nullum creati pupillo
præjudicium, per d. l. certum Hanneon, in process. fol. 64. facie
2. König. c. 63. n. 1. §. Und ob er sich wol. c. l. in negotiis con-
trah. 5. Sibi Dec. de R. l. arg. l. quicquid in calore. 48. ff. eod. Petr.
Gregor. in syntag. iur. lib. 48. c. 1. inf. d. l. in criminib. 1. §. si
qua. ult. 27. ff. de quest. Et ratione illius verissimum est
quod vulgo dici solet: Confessionem esse probationem
probatam. l. fin. C. de fideicom. l. generaliter. §. et si quidem. C.
de reb. cred. l. generaliter. C. de non num. per. Bl. in c. 1. §. Sacramen-
tum n. 15. de consuet. rect. feud. & Rub. C. de prob. n. 5. & ibi Castr.
n. 4. l. n. in l. cum re. n. 8. & seq. de transact. & l. Tutia. n. 39. ff. de V.
O. Canonist. in rubr. decret. de prob. Vbi imprimis Panorm. n. 3. Fil.
n. 6. Corn. cons. 261. n. 5. vol. 4. Socin. iun. cons. 39. n. 18. vol. 2.
Rol. à Valle. cons. 6. n. 26. vol. 1. & cons. 54. n. 18. vol. 3. Dec. cons.
43. n. 74. vol. 3. Majoremque excellentioremque esse
quavis probatione, l. perinde. ff. ad L. Aquil. l. si confessus. ff. de
cust. reor. l. qui sententia. C. de pæn. Cravet. cons. 175. n. 1. vol. 1.
Et superare omnes probationes; Paris. cons. 112. n. 46. &
cons. 115. n. 12. & cons. 121. n. 30. vol. 1. Cravet. cons. 61. n. 3.
& Cons. 171. n. 4. vol. 1. & multi Dd. e. l. 2. h. t. l. error. 8. de iur.
& fact. ign. c. ex parte de confess. quæ probato errore ante
sententiam revocari potest. c. fin. ext. de confess. l. non satis
tur. ff. eod. l. ult. C. de error. advoc. Azo. h. t. n. 9. f. Petr. Grego.
d. loc. Confessio enim procuratoris Domino absenti
non nocet, sed ipsi tantum procuratori. l. certum. §. sed
an. h. t. l. 25. proinde §. 1. ad L. Aquil. Vvesn. de confess. n. 3. las. &
Dd. ad l. unic §. si procur ff. si quis ius dicen. non obt. c. 2. de confes.
in 6. ubi

in §. ubi gl. ad verb. procurator. Lanfr. in c. quoniam. verb. confessio-
nes. n. 16. de probat. Dec. cons. 10. n. 91. vol. 3. Ut nec Prælato
confessio Ecclesiæ præjudicat. Felin: in c. edoceri de rescriptis.
Paul. de Castr. cons. 1. vol. 1. §. l. 6. certum. §. si quis absent. de
confess. l. 47 ff. de re iud. l. 7. C. quom. & qu. iud. Oldendorp. c. 14. de
re iud. Socin. reg. 63. vel ipso vel ejus nuncio & negotio-
rum gestore pro eo confessionem acceptante. Cravetto
cons. 272. n. 6. Masc. conclus. 349. n. 3. 4. vol. 1. h pro seipso
enim confitenti non creditur. l. exemplo. 7. C. de prob. l. eta-
te. ff. de interrog. act. l. si quis. 3. §. 1. ff. S. C. Syllan. c. 1. de confess.
c. veniens. de testib. i l. confessionibus. 14. ff. de interrog. act.
l. 1. voluit. §. 1. de de interr. act. l. 24. C. de libe. ca. Mar. d. rub. de cōf.
n. 30. aut arbitro qui processit ordine judiciario, arbitria
n. ad instar iudiciorum sunt redacta l. 1. ibid. Br. ff. de arbit.
Secus in arbitratore, Mar. d. lo. n. 3. In tantum tamen
etiam valet, coram incompetenti Iudice; ut faciat indici-
um ad torturam; arg. l. cap. quinto. 25. ad l. lul. de adult. Feli-
laré. in c. qualiter & quando. §. licet a. n. 47. usq; ad 50. & n. 9.
adeò, ut etiam cogi possit ad perseverandū (præsertim si
quid ex certis indiciis de delicto commisso & confessio
constiterit) aut edocendum causas erroris & variatio-
nis per l. 1. §. item illud. 24. & l. necessarios. §. non alios. ad S. C. m.
Syllan. l. veluci si mulier confiteatur se liberos in po-
testate sua habere contra §. femina. l. de adopt. Item in frau-
dem creditorum, l. 1. & 2. qua in frau. cred. Sicut nec frau-
dis suspicione carere videtur, cum maritus dixerit, se
dotem à muliere recepisse, aut rem mulieris emisse pe-
cunia: l. si forte. ubi Br. de castrens. pec. l. cum quis decedens. §.
Tutia. ff. de leg. 3: g. & Dd in l. si donatione. C. de collat. Facta e-
nim nō præsumuntur nisi pbentur. l. deniq; ff. ex qui. ca. mai.
l. quæcunq; de publico l. in b. llo. §. facta. ff. de captiv. & post l. unica.
C. mand. l. ssever. C. de non num. pec. Limitatur tamen hoc
iplum à Cravet. de antiq. temp. p. 1. n. 69. pag. 27. & Tiraq. in l.
si antiqua. C. de revoc. don. Incidit etiam hic quæstio ma-
ximi momenti, An Confessio coram Sacerdote vel Cle-
rico facta in foro pœnitentiali, revelari debeat? Nega-
mus,

mus: nam revelata, & in iudicium deducta, nihil probat, & qui talem enunciat, incidit in pœnam. c. omnis de pœnit. & remiss. Felm. in c. testim. col. 13. n. 35. v. intellige quod sacerdo, de testib. Idem in c. nemo. in pr. v. not. in verb. testim. & v. intellige quod potest. de Simonia. Ias. in l. 1. §. huius studij de iur. & in. Nisi licentia fuerit Sacerdoti à confitente data, & tunc probat, eique soli creditur. in l. si is cuius. §. in totum. ff. de interrog. act. l. 4. confessio. cod. Vesn. in par. n. 3. b. t. in l. liberus. ff. de liberal. ca. Confessio enim contra rem favorabilem facta, non valet. l. libertas. 22. de R. l. ut favor matrimonij efficit, ut nulla confessio Conjugum contra matrimonium publicè contractum eipræjudicet, c. ex literis. ext. de divort. c. super eo. X. de eo qui cog. conjug. ux. sue. Sed pro matrimonio confessio facta valet. c. cum cau. ext. de rapt. dummodo, non sit contra aliud matrimonium. Specul. §. sequitur. v. item & favor. de confess. Vbi autem Confessio vim & vigorem habeat ad oculum demonstrant, Hostiensis versiculi, quos in numero habere, & utile & necessarium.

Maiores, sponte, sciens, Dominus, pars lus, sed & in se
 Confessus, certum, compos, pro iudice, iure
 Damnatur, nisi lex, favor, aut natura repugnet.

II.

Propter locum in quo fit, à Dd. dividitur in Iudicialem & Extrajudicialem a; quarum hæc in causis Civilibus facta, parte præsentate & per duos testes probata, plenam facit probationem b; In Criminalibus verò indicium ad torturam c; Illa verò rei iudicatæ vim habet d; quamvis in criminalibus sententia ut accedat, necesse sit e.

a per l. certum. 6. ff. de confess. l. tale pactum. 40. in pr. de pact. gl. in l. 4. de interrog. act. Mar. d. rubr. n. 1. Vesn. in par. b. t. n. 2. Althus. in Jurispr. lib. 2. c. 29. Vult. in Jurispr. 2. c. 2. b l. Publa. Maria. ff. de positi l. cum de indeb. 25. §. fin. ff. de prob. l. generaliter. C. de non nu. pec. Duar. b. t. c. 5. Socin. cons. 228. vol. 2. Ioann. Andr. rubr. ext. de probat. Casus in quibus hæc conclusio

clusio viribus caret. vid. apud Schwarzenthal. lib. 2. c. 6.
 quæ tamen ab adversario acceptanda si ad obligandum
 spectet. Tessaure. decis. 109. Mar. d. rubr. n. 18. Mynsing. cent. 4.
 obs. 51. Alex. cons. 111. viso super. lib. 3. cons. 90. in causa appella-
 tionis. & cons. 62. lib. 4. Bl. in aut. nov. Iur. in f. C. de pœn. iu. qui
 ma. iud. Felin. c. si cautio. col. 5. de fid. instrum. Hypp. de Mars. l. de
 uno quoq. n. 115. de re iud. las. in l. is qui heres. ff. de acq. here. Curt.
 Sen. cons. 77. c. gl. & Br. in l. 25. cap. quinto. ff. ad L. Iul. de
 adult. Ludov. Roman. consil. 177. col. 2. Mar. d. lo. n. 3. Contra
 se, non adversus aliam, nisi dixerit in tortura. l. qui senten-
 tiam. c. 6. C. de pœn. d. Hic quæritur an revocare quis
 confessionem possit? negando respondemus, l. gene-
 raliter. C. de non nu. pec. c. per tuas de probat. adhibita tamen
 distinctione: nam aut fit, ante litis contestationem, aut
 post, si ante, ex causa revocari potest: l. de etate. §. qui
 interrog. & §. qui ex causa. §. qui iusto. §. fin. de interrog. in iur.
 fac. vel etiam si sit per iudicem reprobata, ut in casu
 c. mulieri. de iure iur. Mynsing. d. cent. 4. obs. 5. Gail. lib. 1. obs. 55. n.
 8. & lib. 2. obs. 89. n. 6. 7. e. Exacte enim in criminalibus
 ratio iudiciorum observanda est, l. libellorum. 3. inf. de accus.
 cum similib. l. si confessus. de custod. reor. ubi Br. Marant. d. loc. n.
 26. Vvesn. h. t. n. 8. Vbi id moribus nostris observari te-
 statur: In Civilibus quidem Iudex aut cognoscit de
 plano, sine forma iudicii, præcepitque, ut quod confes-
 sum solvatur intra legitima tempora. l. post rem. ubi Dd.
 l. certum. §. ult. l. fin. ad L. Aquil. ubi gl. aut ordine iudiciario,
 ut tunc pro more pronunciare super confessione debe-
 at. l. 3. 4. l. qui Stichum. h. t. l. ult. C. de exc. rei iud. Vvesn. d. lo.
 Azo. in sum. n. 13. 14. h. t. Masc. de prob. conclus. 344. vol. 1. n. 6.
 Ut & confessio per errorem facti, l. sed etsi me putem. ff. de
 cond. indeb. c. fin. de confess.

III.

Ab extorta ut distingvatur, Confessionem dixi
 spontaneam esse debere: fit enim hæc tormentis, ad eli-
 ciendam veritatem a, & decernitur si causa & accu-
 satio criminalis, eaque atrox & capitalis sit b, si ali-
 ter veritas haberi nequeat c, & si accusatus multis
 iudiciis

indiciis d, (quæ accusato semper communicanda e)
oneratus & penè convictus sit f, quæ si non concu-
rant, Index ad torturam procedere non debet, etiam si
accusatus ad eam se spontè offerat e.

a Paul. lib. 5. sent. 14. 1. & 16. 1. quoties. 12. C. de quest. l.
1. 8. 9. ff. eod. fit q; variis modis, qui semper ex arbitrio
judicis pro quantitate & qualitate personæ, judiciorum
& delicti sunt moderandi. Constit. Crim. Carol. V. art. 58. l.
3. §. fin. de re mil. l. si quis in gravi. §. puberes ff. ad Syllan. Dec. in
cons. 92. vol. 2. n. 136. Clar. in pract. crim lib. 5. §. fin. q. 64. n. 33.
nec adhibenda sunt tormenta tanta, quanta adversarius
postulat, l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. Et differt tor-
tura à tormento, quia hoc ad reum, illa verò ad judicem
pertinet. l. item apud Labeonem. §. question. ff. de iniur. Sapi-
us tamen promiscuè usurpantur, ut not. in d. §. question. &
v. questio. v. illi, qui & per gl. in l. 1. in pr. ad Scum. Sylla. Grilland.
in tr. de qq. & tortur. c. 1. n. 5. b l. 1. 8. ff. de quest. ut adul-
terii, l. patre. 6. ff. de quest. Homicidii, l. 1. §. si quis. eod.
falsi, l. cum testamentum. C. eod. Hodie etiam furti, Br. in l.
fin. ff. de quest. VVesm. in par. ibid. n. 5. Vbi relegationis pœ-
nam arbitrariæ pœnæ comparat, nec in iis, qui hanc me-
rentur ad torturam esse procedendum asserit, cum ipsa
relegationis pœna sit latis gravis. §. fin. auct. ut nulli lud.
Hypp. in l. Divus. n. 2. ff. de quest. Iure Saxonico fustigatio
hodiè capitalis & corporalis est: Eo igitur in casu &
torturæ locus est. Landrecht lib. 1. art. 53. lib. 3. art. 32.
gl. in Weichbildt. art. 17. c d l. 8. de quest. ubi Hypp. Avoarot.
in c. 1. §. public. n. 1. de pac. tenen. l. quoties. C. eod. Delictum
enim satis probatum questione non indiget. d. l. 8. v.
non aliter. & d. l. 9. v. sed si aliter. ff. d. t. Clar. d. lib. 5. q. 64. v. debet
etiam. Ictus etiam non omnimodò in l. 1. ff. de quest. qua-
stionibus fidem adhibendam esse monet, quia tortura
est res fragilis atque fallax: nam alii tanta tormentorum
patientia, ut veritas inquiri nequeat, alia tanta impati-
entia, ut quidvis mentiri quam torturam subire velint:
Cumque etiam mentis iudicium dolor aliquando tol-
lat, non à tormentis incipiendum est. l. 1. in pr. l. 20. ff. d.
s. l. 8.

l. 8. C. eod. *Dobercin. in reperto. verb. tortura. q. 3.* Quæ reli-
quarum probationum subsidiaria sunt, arg. l. fin. C. de quest.
d. Unicum enim indicium non sufficit, l. 1. §. 1. d. t. ibi ar-
gumentis. Pluralis enim locutio singulari non acquiescit,
sed in pluribus vera esse debet. arg. l. ubi num. ff. de testib.
Mys. cent. 6 obs. 97. Sunt autem indicia nota quædam
& demonstratio rei gestæ: Et quamvis Indicium, præ-
sumtio, conjectura, signum & suspicio differant, ut late
tradit *Jacob. Menoch. lib. 1. præf. q. 7. n. 2. 5. & 6.* In hac ta-
men materia sub vocabulo indiciorum omnia compre-
henduntur, ut patet ex *Dd. & Const. crim. Carol. V. art. 19. sub*
vocula Anzeigung semper intelligi debere Redliche warzeichen /
Argwohn / vordacht vnd vormühtung. e. l. unus §. cogni-
turum. ff. de quest. *Althus. in iur. spr. 2. c. 29. f. d. l. 1. v. ad*
tortura. l. 18. §. 1. l. 20 l. fin. de quest. l. 3. l. 8. C. eod. Paul. d. lib. 5.
t. 14. & 15. Eaque debent esse in suo genere, urgentia,
verisimilia, clara & perfecta, talia etiam ut sola confes-
sio tantum deesse videatur. d. l. 1. ff. de quest. *Hypp. cons. 63*
n. 13. Bl. cons. 259 n. 4. vol. 1. In dubio autem an indicia
sint sufficientia, nec ne, sententia & consilium requiritur
secundum *Const. Carol. V. in art. 7. & art. 20. §.* Wo nicht redli-
che anzeigung. & art. 23. & 30 dicit, Das ein jede gnungsame
abzeigung darauff man peinlich fragen mag / sol mit zweien gu-
ten zeugen bewiesen werden. Unus tamen testis omni ex-
ceptione major, deponens immediate, quod scilicet vi-
derit, de maleficio testimonium, semiplenè probat & sic,
concurrentibus tamen aliis indiciis. *Cyn. in l. fin. C. de*
quest. Hypp. in singul. 342. circa med. ad torturam. Vesn. in par. de
quest. n. 7. Clar. lib. 15. §. fin. q. 21 v. sed quid si testis. & q. 22. v.
tuum tamen. Br in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quest. per Bl. in l.
milites. C. eod. Hypp. in sing. 476. incip. audivisti. in pr. cum ibi al-
leg. Decian. in cons. 92. vol. 2 n. 34. Const. crim. Carol. V. d. art. 30
g In criminalibus enim probationes luce meridiana
clariore requiruntur. l. sciant C. de probat. l. sing. C. de accus.
Dd contra gl. in l. interdum. §. 1. de furt. *Vesn. d. lo. n. 8.* Nam si
injustè ad torturam properaverit pœna afficitur, sed qua
ambigitur? Nos distinctione adhibita, eum capite pu-
niendum

B

niendum

niendum, si id dolo malo odiove fecerit. l. i. §. praterea.
ff. ad L. Corn. de sic. VVesn. in par. n. 5. Sin minus injuriarum
superioris Iudicis arbitrio teneri volumus, l. i. de iur. in
verb. nam cum iudex. inq. plura VVesn. in par ff. de quaest. Dobercin.
d. lo. Konig. c. 12. Von erforschlichen Gerichten.

IV.

Hinc resultat quaestio, an pro certissimo indicio seu
probatione habendum, & propterea ad quaestiones de-
veniendum sit, si sanguis ex occisi & vulnerati cadeve-
re, praesente de homicidio suspecto; distillet? Quam-
vis autem non desinat, hoc qui certo affirmant, adducti
rationibus Physicis a: Nos tamen hoc in casu Iudici
caute agendum putamus: perpetuum enim hoc signum
non est, cum sanguis etiam absente homicida, in terdum
ebulliat: fieri enim potest, ut sanguis qui in venis delu-
it, moto corpore, profiliat, quoniam recenti in cadave-
re residui humores seu Spiritus esse possunt.

a De hac quaestione videatur tr. Andr. Libav. D. inscriptus
de eruentatione cadaveris. Levinus Lem. de ocul. na. re. vit. c. 7.
qui id Spiritibus tam occisi, quam occisoris, comparente
occisore, referentibus, adscribunt. Hos sequitur Ma-
sard. de prob. conl. 867. vol. 2. n. 24. Menoch. de arb. Jud. qq. lib. 2.
cent. 3. casu 270. n. 16. Petr. Gregor. lib. 36 n. 8. c. 20. Qui hoc
potius ad quandam divinam vindictae reposcendae rati-
onem quam ad sanguinis naturam refert. Hipp. de Mars.
in. pr. crim §. diligenter. n. 18. v. nam fuerat. Anton. Blani. in rep.
l. si ff. de quaest. n. 408. v. item si exhib. patitur etiam contrariam prob-
bationem Hipp. in rub C. de prob. Oritur quidem ex ratione
naturali violentissima praesumptio, ex qua etiam sententia
ferri potest. Exemplo Salomonis. c. 3. lib. 1. Regg. de quo
in c. afferte mibi. ext. de praesumpt. & ibi Abbas. Et in hac ma-
teria pro lege habetur. l. cum ratio. ff. de bon. damn. & dicit
Bl. in l. testum. in s. col. in pri C. de test. per Aristot. quod me-
liorem testem habere non possimus, quam naturam, quae
mentiri non novit.

V.

Defama.

Fama etiam in causis Civilibus a semiplena
probat-

probationis vim habet: testis verò si accesserit, plena b,
puta in factis valde antiquis, si alia probatio non possit
haberi, ut & in his casibus, quos Dd. & præcipue Lanfr.
in l. admonendi. ff. de iurejur. recenset.

a Mynsing. in rubr. ext. de prob. n. 47. l. 3. §. eiusdem
quoq. iunct. gl. ff. de testib. Dec. in c. 1. col. 4. v. in gl. in verb. fama. de
appell. Hostiens. in summ. C. de prob. Hypp. de Mars. in repet. rubr.
C. eod. n. 245. v. restat modo venire Specul. in 1. noto. crim. §. fama.
& ibi optimè per additiones facit gl. d. l. 3. §. eiusdem. gl. in l. bonæfi-
dei. C. de reb. cred. gl. in l. admonendi. ff. de iurejur. Salicet. in l. ea qui-
dem. C. de accus. col. 60. 61. Secus in criminalibus, in qui-
bus non audiendæ vanæ voces vulgi. l. 22. §. 1. C. de pœn;
l. fin. C. de probat. Vnde nec semiplenam habet probatio-
nem ad torturam. Duenn. in reg. fall. in reg. 300. quinq; ampliat
modu, sex limitat. nisi alia adjuncta indicia eaque sufficien-
tia habeat, Angel. in tr. de mal. f. v. quod fama publ. preced. n.
41 v. & an fama. v. coraparent n. 15. v. quero an ex diversis. Duo-
en. in reg. fall. 301. & 302. Hypp. in pr. crim. §. diligenter. n.
18. v. & primò scias. b Salicet. in d. l. ea quidem. C. de accusat.
col. 60. 61. qui adductis. gl. & Dd. opinionibus. illud concludere non
erubuit per gl. l. 2. de excus. tut. asserens quod sic se habeat
communis practica, Angel. in d. tr. de mal. f. §. quod fam. pub. n.
41. v. tene tamen. per g. c. ventens. el. 1. de testib. Mynsin. cen. 5. ob.
45. & 6. obs. 26. n. 6. Dec. in c. 1. col. 4. vers. in gl. in verb. famam.
de appell. Petr. Greg. in syntagm. iur. lib. 48. c. 13. n. 8. vide Schrader.
in tr. feud. part. 9. p. 2. sect. 19. n. 39.

VI.

Est quoque injure probandi modus per aspectum, *Per asp.*
quando videlicet res subjicitur oculis a: ut si quando
de pubertate, maxime in quæstione matrimonii, con-
trovertatur, persona inspectione corporis probatur b:
Item si locorum inspectiones per Iudicem fiunt, & secun-
dum ea, quæ vidit, jubet Ichnographiam depingi c.

a Alex. de Imol. in cons. 35. col. 3. in pr. vol. 4. dicit,
quod subjiciendo rem oculis, sit tantæ virtutis, ut illi nun-
quam intelligatur esse derogatum, & præferatur cuicun-
que alii probationi allegans

Az. in sum. C. ad l. Aquil.
B 2

Bl. in

Bl. in l. contr. negan. C. eod. & in rubr. C. de prob. in 2. col. in pr.
 dicens, quod sit optima & superlativa probationum;
 l. si irruptione. ff. fin. reg. c. c. puberes. de despons. impub. l. fin.
 C. qu. tut. vel cu. Si cognitam vel incognitam à viro se di-
 cat mulier, obstetricum oculis & probationi subjicien-
 da est, t. t. ff. de ventr. insp. c. c. proposuisti. c. causam matrim. de
 prob. c. ne aliqua. 27. q. 1. c. fraternitatu. de frig. & males. Const. cri.
 Carol. V. art. 35. §. So man ein dirn. so vor Jungfraw gehet in
 argwohn hat. Ad hanc probationis speciem refer de pro-
 batione homicidii, quæ fit circa inspectionem vulnerum
 vel cicatricum à Medicis & Chyurgis, qui considerata
 vulnerum qualitate, secundum artem suam referunt, an
 sit lethale, nec ne? Vid. l. fin. & l. si semel. §. causa. C. de re mil.
 l. 1. §. 1. l. 3. de ventr. insp. l. cum ita. ff. de V. O. Geil. in observ. III.
 lib. 2. Blanc. in l. fin. ff. de quest. n. 20. & ideo. qui existimat
 istam esse practicam meliorem quippe quod ei, qui peri-
 tus in arte, tutò sit credendum. d. c. proposuisti. de prob.
 hac multis in locis observata consuetudine, Das sic son-
 derlich darzu vorendet werden/ vnd sind gemeiniglich Richter vnd
 Schopffen dabey. Landrecht lib. 1. art. 68. Gail. d. lo. per tot.
 c. d. l. si irruptione. ff. fin. regund. l. de modo. & l. in finalibus. eod.
 Myns. obs. cent. 6. ols. 27. inf.

VII.

Per sculptu-
ras.

Ad probationum seriem num sculpturæ in lapi-
 de, marmore seu columna, pertineant a dubium
 multis movit? Nos, si publica autoritate extructa,
 eas admittimus b: Sin minus, non secus quam pri-
 vatas scripturas probare putamus c.

a Hyppol. de Mars. in d. rubr. C. de prob. n. 190. sed iudicio
 meo. Host. in d. rubr. præsertim si tractatur de re antiqua
 probanda. gl. in c. cum causam. de prob. gl. in verb. post mor-
 tem. c. sanè. cl. 2. 24 q 2. Dd. in l. monumentorum. C. de relig. &
 sum. sun. Spec. in d. t. de prob. §. videndum restat n 12. v. nemo per li-
 teras antiquas. Bl. in d. c. cum causam. col. 4. b Hyppol. d. lo. gl.
 in d. c. cum caus ubi Dd. c. d. l. monumentorum. Spec. ul. d. lo. n.
 12. Petr. Gregor. in syntagm. iur. lib. 48. c. 10. n 3. 4.

IX.

Inter probationes etiam legitimas locum sibi ven-
 dicat.

dicat non postremum Instrumentum a, (ab instru- Per Instru-
endo dictum b,) quod definitur scriptura, fidem rei menta.
faciens, confecta in charta vel pergameno c. in qui-
bus factum in iudicium deductum, vel aliud quid perti- Definitio.
nens ad illud, facilioris probationis gratia, conceptum
est d.

a Specul. in §. restat videre. n. 8. de Instr. edit. Petr. Gre-
gor. in Syntag. Iur. lib. 48. c. 18. n. 1. b quod causam in-
struat, l. 1. ff. de fid. instr. l. notionem. 99. de V. S. l. 1. C. de di-
lat. Vesn. in par. hic. n. 1. Et quidem generali nomine, usu
tamen factum ut peculiariter accipiatur pro tabulis.
Mynsi. cent. 4. obs. 60. Konig. c. 89. Von den gezeugen der In-
strumenten. n. 4. cum ibi not. c quia majoris autoritatis
esse solet. Mynsing. cent. 1. obs. 80. Spec. in d. t. § 9. n. 2 r. per c.
cum dilecta. ext. de confirm. uti. vel inuti. Althus. in Iurispr. 2. c. 29
d. l. 15. C. de fid. instr. l. 18. C. de probat. In statutis quando
Instrumenti nomen reperitur deliteris tantum interpre-
tandum est. Br. in d. l. notionem. §. instrumentorum. d. V. S. l. 1.
C. de iur. pr. cal. Lanfr. in c. quoniam. de prob. ad verb. instrumen-
tum. c. 9. n. 1. 2. Nam & pœna statuto imposita produ-
centi falsum Instrumentum, non habet locum in produ-
cente falsum testem: Lanfr. ibid. n. 3. Iacob. Butrius. in l. 1. de
fid. Instr. Proprie tamen designat literas autoritate pu-
blica factas, l. Impp. antepen ff. de prob. d. l. 1. de iur. pr. cal.

IX.

Ab autotitate, qua conficiuntur, dividuntur in-
publica & privata a: Publicum b, quod Magistra- Divisio.
tus iussu, vel à Tabellione c, vel à privato, sigillo ta-
men publico obsignatum d conficitur e: Privatum,
quod privata tantum autoritate nititur f. Vtrum-
que rursus est vel authenticum, vel authentici exem- Subdivisio.
plum g.

a l. rationes. 6. l. instrumenta 5. ubi not. C. de prob. Lanfr. d.
c. quoniam. n. 2. de prob. Ferr. ad verb. Exhib. n. 5. in for. pro Inst. Vul.
2. Iurispr. c. 2. n. 63. Althus. 2. Iurispr. 29. b §. sed eisi Instrum.
aub. de Instrum. cautel. collat. 6. l. 6. gesta. C. de re iud. l. is apud
quem. 2. C. de edend. c. 2. ext. de fid. instr. c. quoniam. 11. §. statui-
mus. ext.

B: 3.

mun. ext. de prob. Ferrar. d. n. 5. Vvesn. hic. n. 2. Spec. d. 1. §. nunc di-
cendum. Duar. in comment. §. nunc. de divis. inst. h. t. §. publicum fit.
l. Orphanotrophos. 30. v. ita videlicet. C. de Episcop. & cler. Et
faciunt sine alio adminiculo fidem in iudicio, nituntur
enim perpetua firmitate. c. si quis de cler. c. 12. q. 2. c.
cum pridem. §. illa igitur. ext. de pactis. c. si testis §. item sepe caussa.
g. 4. 2 & 3. §. in exercendis. 15. C. b. t. Konig. d. c. 91. n. 3. & 4.
& de iure & more. l. 2. inf. ubi vlp. rem pup. sal. for. . . quanquam
v. aut seruo publ. de usur. in 6. His æquiparantur Nahsts/Ampts
Sankelen/und Rezes/ Bücher. Konig in process. d. c. 91. §. 4.
Bund diese Schrifften. c. 1. & 2. & ibi Canonist. hic.
Qui etiam servus publicus dicitur, non quod sit servus,
sed quod publicum exerceat officium. l. generali lege. 3. C.
de tab. & scrib. qui hodiè vocantur Notarii, Tabelliones,
Offenbare Schreiber/Notarien. Konig. d. 10. n. 4 Ferrar. d. n. 5
Vvesn. hic n. 2. Konig. c. 92. Von den offenbahren Notarien.
n. 4 §. Und in dem er. Sunt autem personæ authenticæ,
artis notariatus peritæ, Br. in l. fin. C. de tab. & scrib. à
Summo Magistratu delegativæ eorum Comitibus pala-
tinis, prævio tamen examine, creatæ, Br. in l. 7. de publ.
iud. & in l. 1. de off. pro cons. & l. g. add. in l. Barbarus. ff. de off.
prat. Innocent. in c. cum publ. t. bell. de fid. Instr. Bl. in rubr. C. h. in
1. col. v. modo circa. &c. Quæritur autem si à putativo sit
conscriptum, an valeat? Non valere putamus, secus
in creato, nec sufficiente ad obeundum hoc munus. Alex.
in l. testes. C. de testam. Spec. & ib. 10. Andr. in addit. §. restat. v. quid
si is. de Instr. edit. arg. l. 3. de off. prat. Fr. viv. in eom. opin. lit. 1. §.
querunt. Dd. Fidem etiam an faciat Instrumentum non-
dum in mundum redactum mortuo Notario dubitatur?
Affirmat Geil. lib. 2. obs. 43. n. 3. & 4. per text. in c. cum publ. t. o.
bell. b. t. Specialiter etiam rogari debent, usu quidem,
non iure exigente. Dd. per Nov. 44. c. 1. pr. ibi iniungunt & per
c. 12. §. te igitur. de privil. Rol. a Val. 1. cons. 38. n. 4 §. 1. cons. 44
n. 22. & seq. quia aliàs suspectus & se ultrò ingessisse
videretur: An verò instrumento inferere debeat te
rogatum, pugna inter Dd? Negat Cellus Hug. Dissut.
tom. 2. de art. notar. c. 1. v. ultimo loco ponitur consr. Specul. & Auth.
2. iurispr.

2. Jurispr. c. 29. De aliis circa tabellionem scitu necessa-
 riis. Vide Konig. d. c. 92. Von dem offenbahren Notarien. & alibi
 alios. d. c. scripta. auth. 2. v. aut auth. sigill. ext. h. t. puta si-
 gillo Principis, Civitatis, Universitatis aut alicujus col-
 legii. c. post cessationem. 7. cum similib. ib. not. ext. de prob. c. cum dile-
 ctus. §. super tertio. v. illius regis fides. ex. h. t. Schurff. cons. 7. cent. 1.
 n. 6. e Instrumenti etiam vim habent scripturæ ex-
 tractæ de Archivo publico, auth. ad hoc. in fin. C. de fid. Instr.
 §. si verò ex publ. arch. auth. de iu. qua ingr. ad app. collat. 6. l. 10.
 sensus. ff. de probat. Ch. l. Konig. d. c. 91. n. 4. aut quæ fiunt apud
 acta publica. l. 1. v. vice actorum. C. de his qui in Eccl. manum.
 & d. l. 2. C. de edend. l. omnium. 19. §. sicut ergo. C. de testam. Res-
 pectu etiam effectus publica Scriptura dicitur. Ferr. V. Ves-
 dd. locu, quæ habet subscriptionem scribentis vel testium.
 I. Scripturas. I. cum authen. si quis vult ibi posita. C. qui po. in pig. &
 §. si quis igitur. & §. & si quis auth. de Inst. cautel. col. 6. d. c. 2. ext.
 h. t. Requisita videntur esse ad ritè & rectè factum In-
 strumentum. I. Invocatio nominis divini, non tam de
 lege Iustiniani, quàm de Const. Imperii & Iure Canon-
 Br. in Novell. ut præpon. nom. Imp. n. 3. Schneidevo. ad rubr. l. n. 1.
 Max. Imp. in Const. Colonia edita 1512. §. Und nach dem vor-
 gemeinen Rechten v. Nach abnuffung des Göttlichen Namens.
 Spec. in §. breviter. n. 2. de Instr. edit. II. Annus nativitatis
 Salvatoris. Br. in d. auth. n. 13. Spec. d. loc. n. 1. Termin c. 43. de
 Prob. per Instr. §. requiruntur. Imp. Max. d. Const. §. Und nach dem.
 v. Die Jahrzahl unsers Heilands. Can. In nomine Domini. dist. 35.
 III. Appositio Indictionis currentis, Spec. Br. Fer. dd. locis
 Termin. d. c. 43. §. requir. Schneidevo. in §. item verb. 1. de inutil. stip.
 n. 6. Imp. d. Const. d. loc. v. Die Römische Zinszahl. IV. Nomi-
 nis Imperatoris vel Papæ regnantis, Term. d. lo. d. auth. ut
 Instr. præp. no. Imp. coll. 5. ubi Br. Konig. c. 91. n. 5. Max. Imp. d.
 Const. §. Darumb so gebieten wir. v. Doch also. & §. Und nach
 dem. v. Den Nahmen des Fürsten. V. Mensis, diei horæq;
 celebrati contractus confectique instrumenti enumera-
 tio d. auth. ut nom. Konig. d. c. 91. n. 5. Max. Imp. d. §. Und
 nach dem. v. Darnach den Monat/Tag vnd Stundt. etc. v. Und
 an welchen Ort. VI. Negotii ordinis numerique testio-
 um, non

um, non tam requisita eorum subscriptione, quam presentia, *tex. in d. §. sed si. Instr. iunct. §. sed & si quis. Nov. de instr. caut. Covarr. c. 27. n. 4. pr. quest.* pro natura contractus recitatio cum denominatione loci. *Max. Imp. d. §. Und nach dem v. Darnach den Inhalt. Termin. d. lo. v. series negotij d. Const. t. v. Darnach die Bezeugen König. d. lo. v. Die Namen der Bezeugen Galk. obs. 13. ib. 2.* Denique ut habeat subscriptionem signumque Notarii. *§. & si. Nov. de Instr. caut. & fid. l. fin. §. nec callidis. C. de assess. Covarr. n. 5. c. 27. pract. quest. f. l. 5. 6. C. de prob. Spec. in d. §. nunc dicendum. n. 4. Term. d. c. 43* §. *privat. Instr.* Cujus species sunt Apochæ sive quitantiæ *Siebard. in rubr. C. b. t. n. 14. Antapochæ. l. plures apoch. 18. h. t.* Literæ sive Epistolæ quæ contra scribentem non pro eodem nec tertio probant. *l. 26. publica. de posit. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. qq. c. 94. n. 6.* nisi requisita illa, quæ recenset *Geil 2. obs. 20. concurrant, Vigel. ad l. si cert. pet. n. 67 68. 69* *Mar. p. 6. de test. prod. n. 24. cum seqq.* nisi in factis antiquis in quibus & privata scriptura fidem facit *Myn. obs. 79. cen. 5.* & in illis, quæ pendent ex mera facultate scribentis. *l. Nescinius de neg. gest. Mar. d. p. 6. n. 24.* Libri rationum. *l. rationes. 6. C. de probat. Mercatorum, qui quando & quantum probent. vid. Geil. lib. 2. obs. 20. & 43. Vesn. cons. 36. n. 7. 8. per. t. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 8. n. 11. Beust de iure iur. fol. 498. & seqq. Borch. c. 8. de iure iur. g. quod vulgo copia vidimus vel transumptum dicitur. l. 5. cum l. seq. C. de prob. l. 11. quasi publ. conscript. §. sin. autem. v. publ. conf. C. qui po. in pig. l. 19. §. ideo sancimus. v. sed tantummodo. C. b. t. Ferr. d. §. Exhibens. n. 5. in fo. pro instr. Duar. in suis comment. d. §. nunc de divu.*

X.

Reiectio Instrumentor. Reijciuntur autem Instrumenta si iis non insint substantialia; si alicubi apparet cancellatio seu abrasio, eo in loco potissimum ubi possit alterari sententia *a*, vel si aliud inter partes actum aliud in Instrumento scriptum reperiat *b*; Item si per alium, quam qui confecit Instrumentum, sit transumptum *c*. Producentur etiam dupliciter *d*, aut reo ad deliberandum ante *litem*

Productio eorundem.

ante litem contestatam ē, aut Iudici ad probandum,
idq; post litem contestationem f.

a *l. si i biographum. 24. de prob. l. 2. h. t. & gl in l. ficut.*
C. eod. l. Edicto. C. de edict. Di. Adr. toll. c. cum venerabilis. ext. de re-
lig. & sum. c. licet. §. quinta. & c. fin. ext. de crim. fals. plene Specul.
in t. d. Instr. edit. in §. restat. vid. neque abolita esse debent
nec ulla parte vitiata. l. 17. contractus. C. h. t. Vllove modo
de falsitate suspecta, c. cum inter dilectos. ext. eod. Si tamen
Librarius literam imprudens omiserit. l. si librarius. 93. de
R. l. & ibi Dec. c. ex parte. c. ex literis. b. t. non propterea
veri fides, seu instrumenti authoritas vacillabit b Eius-
modi instrumentum dicitur simulatum, ut in l. 2. C. plus val.
quod ag. ad cuius probationem duo testes sufficiunt.
Term. c. 44. c per text. in l. quicumq; ff. de fid. Instr. Chil. Konig.
c. 43. Bon den Transumpt. d l. 1. §. editiones. de edendo. l. 5.
cum duab. seqq. C. eod. Nam quorum mentio facta est in
libello edi debent una cum actione, petenti adversario,
ante litem contestationem e, idque exemplis fieri suf-
ficit. l. exempla. 25. d. t. sine die & consule. Gail, obs. 1. 134.
f imò usque ad coactum signum ubi originalibus opus
est. cum die & Consule. l. 2. h. t. c. 2. Vbi Panorm. c. fin. eod.
Mynsing. cent. 2. obs. 53. & 6. obs. 56. Cum autem authen-
tica exhibentur, producens petit ut adversarius illa
agnoscat, approbet scripturam, subscriptionem, & si-
gillum, vel diffiteatur, quod si neutrum horum facere
velit. Ex officio illa poterit Iudex pro agnitis habere.
Vult. lib. ult. Jurispr. c. 31. Atq; hac satis de Instrumentis.

XI.

Probationi par est in effectu præsumtio a, de Perpræsumo
re quadam anticipatio, pro vero aliquid ante legitimas tiones.
probationes ex illo quod semper & plerumq; fit, sumens;
b Quæ vel hominis vel Legis: Hæc; aut Iuris & de jure
simul c; quando videlicet jus aliquid indubitanter
præsumit, præsumtumque simul pro jure ponit, nec ul-
lam probationem, nisi solam confessionem d in
contrarium admittit: Aut juris tantum, quando jus
quidem aliquid præsumit f, fidem verò ei tamdiu
C habet,

habet g, donec adversarius contrarium manifestè
probet h.

a Quæ potissimum emicat in probationibus ar-
tificialibus, *Vult. 2. Jurispr. 2. n. 12. Rob 4. lent. 1.* Est autem
præiudicare, aliquid cogitatione de re quadam percipi-
re ante conclusionem alicujus certi. *Don c. 3. de prob. Me-
noch. 1. pres. 7. n. 4. Vesn. in par. h. n. 14.* Differt à fictione,
quod fictio veritati, non admittendo contrariam pro-
bationem, adversatur: præiudicium verò nec penitus pro-
bationem contrariam respicit, nec veritati contrariatur.
Vesn. hic. in par. n. ult. Curat. ad l. ult. quod me ca. Menoch. 1. pres. 8
qui plures retert differentias, *Alciat. 1. part. pres. n. 2. Stich.*
ad d. l. 16. C. de prob. n. 20. b *Curat. in par. h. 1. Menoch. d. lo.*
q. 7. n. 4. Vesn. d. n. 14. Bl. ad rubr. C. de prob. Vult. 2. Jurispr. 2. Do-
n. l. d. c. 3. Alciat. de presc. in pr. par. 4. n. 1. c *Panormitan. in c.*
quanto. ext. de presum. Mysing. in rubr. ext. de prob. v. emind.
Menoch. 1. pres. 2. & 5. qui hanc veritorem & communem
rejectis multis aliis, *Fr. Sarment. 1. select. interpp. c. 1. num. 9.*
concludit, d *Cyn in aurb. sed iam necess. C. de donat. ant. nup.*
Stich. in d. l. 16. n. 11. Mascard. q. 10. n. 5. vol. 1. Menoch. 2. arb. iud.
qq. casu 484 n. 5. e *l. 34. C. ad l. lul. de adu. t. final. in fin. C. ad*
Maced. l. fin. C. ad Velleian. l. fin. C. arb. tut. c. 10. qui fid. de sponsal. c.
per tuos. de cond. appos. c. vidua. de reg. & cons. ad rel. c. testimonium
de testib. Alciat. d. tr. p. 2. Menoch. 1. pres. q. 3. Mascard. d. lo. n. 49.
Stichard. ad d. l. 16. n. 10. Vesn. d. n. ult. Vult. d. c. 2. f *l. 24. ff.*
h. t. l. 5. C. de iur. t. 3. C. de apoch. publ. c. literis. de prob. c. nec aliqua
27 q. 1. g *l. 25. ff. l. 16. C. ubi Dd. C. h. t. l. iudicia. C. de rei ve.*
d. c. literis. & c. fin. ext. h. t. Vesn. h. n. 15 ubi ex parte dissentire vi-
detur. h *d. l. 24. & 25. d. l. iudicia. l. fin. in pr. quod met. ca. 6.*
proposuist. ext. h. t. Menoch. 2. pres. d. q. 4 & 5. Stich. d. l. 16. n. 8. 9
Vult. d. c. 2. n. 30. & seqq. Mys. cent. 5. obs. 68. Geil. 2. obs. 128.
n. 12.

XII.

Hominis etiam præsumptiones aut sunt temerariæ,
quæ leuiculis rationum momentis fulcitæ a, per se
nullam b; aut necessariæ c, quæ satis firmis & ve-
ris stabilitæ rationibus d, plenam e; aut proba-
biles,

biles, quæ rationibus verisimilibus nixæ f præsum-
tivam iudici fidem faciunt g.

a Exemplum est in l 4. l. 27 l. pen. h. t. l. 10. C. eod. b
dd. l. c. in cunctis. II q. 1. quo etiam referri famam dixi, Dua.
hic c. 7 per l 3. de testib. l. decurion C. de poen. Obrecht. disp. 3. the
87 & seqq. Don. c. 6. Et licet singula non prosint multa
tamen jvant. l. Procul. ff. l. instrumenta. C. b. t. quæ omnia
fa ilius æstimantur arbitrio iudicis, quàm certa regula
definiuntur. Duaren erudite. d. c. 3. 4. 5. 6 p. 1. & c. 3. p. 2. c
na distingvit gl. in c. dixit Dominus. 32 q. 1. Myn. d. rubr. n. 36.
Duar. d. c. 3. d vid. l. optimam. C. de contr. & com. stip. & apud
Plutarch. in Alcyb. e l. ult. C. b. t. c. 2. ext. eod. f vid. l. 3. l.
12. & l 22 h. t. & l. 11. §. si rem. 12 de leg. 3. g l. ult. in pr.
quod met. ea. c. tertio. ext. b. t.

XIII.

Iusjurandum etiam, de quo præsertim hic agi- De iureius
mus, decisorium, remedium expediendarū litium præ-rando.
sentissimum a, est certa litis definitio b, quæ fit
cum obtestatione divina c, & delatum sive à parte d,
sive à iudice e, in favorem veritatis vel ad probatio-
nis defectum supplendum, vel ad præsumtionis macu-
lam purgandam f operatur aut absolutionem aut
condemnationem g, nisi ex novis instrumentis post-
modum repertis rei veritas aliter demonstretur b.

a l. 1. de iureiur. l. 4. §. Curatores. de in lit. iur. Paul. 2.
sent. 1. §. 1. b d l 1. & l. 40. de iureiur. l. 1. 3. 6. & 12. in pr.
& §. omne igitur. C. eod. l. 56. post rem iudicatam. ff. de re iud. c
ad Hebra. c. 6. v. 16. Rom. c. 1. v. 9. & c. 9. v. 1. c. nisi Christus. §. quod
autem. ext. de iureiur. c. tibi domino. in pr. dist. 63. l. 3. l. 33. ff. b. t.
Differentiam inter iuramentum & iusjurandum tradit
Vult. c. 7. discept fol. 86. sed ea non semper observatur, l pe.
C de iureiur. Et hoc frequentissimum in foro nostro est:
solent enim actores quando non habent probationes in
promptu, aut us diffidunt, causam committere conscien-

C 2 tia &

tiæ & jurejurando ipsius rei. Klager kan den beklagten seine Klage mit allen umstenden in des Beklagten Christlichen Gewissen wissenschaft vnd wolbewust schieben. Idem quoque fieri potest à reo. Termin. in suo proc. c. 19. fol. 52. d. l. 25. §. 3. h. t. c. fin. de testib. cog. c. quisquis. 11. q. 3. facit Nov. 90. in pr. Illud deferenti quoque referri potest. l. 17. in pr. cum siml. ff. de iureiur. v. t. lib. 1. discept. c. 7. vid. Borch. in tr. de iureiur. c. 2. Inque quatuor potissimum casibus receptum est. 1. in l. si quando. C. Vnderi. 2. in l. 5. §. planè de in lit. iur. 3. in l. 1. 2. & 5. in pr. d. t. 4. in l. admonendi. & ibi not. per Dd. de iureiur. f. l. 3. §. 1. l. 11. §. fin. d. t. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. g. l. 2. l. 9. l. 11. §. fin. & it. de iureiur. h. d. l. admonendi. & ibi post Dd. Vesn. n. 11. Myns. 2. obs. 82. Præstari etiam debet iuramentum delatum aut relatum tum in termino probatorio, qui quam varius sit dictum in disput. præced. thes. 5. lit. b. debetque ad Instantiam partis Iuratoriæ citari pars adversa, ut videat jurare & c. quæ si ad citationem non comparuerit, aut iuramentum sumere noluerit, altera pars absolven- da erit. l. remittet. l. non erit. §. sui ff. de iureiur. Landrecht. lib. 2. art. 11. Termin. c. 46. De definitione, divisione & aliis quæstionibus ad hanc materiam spectantibus alibi plenius disputatur: Hæc igitur pro nostro instituto de probationum generib. dicta sufficiant.

F I N I S.

99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







SEPTIMA
PROCESSVS IVDICIARII
DISPV TATIO
DE CONFES-
SIONE, FAMA, PRÆ-
SVMTIONE, IVRAMENTO
reliquisque Probationum speci-
ebus,
Q V A M
*Ex Iure Civ. Canon. Saxonie. Ordinat. Camera
Imper. ac receptis in foro opinionibus,
depromptam*
In nomine Numinis divini
SVB PRÆSIDIO
Nobilissimi, & Amplissimi viri,
Dn. ARNOLDI DE REYGER, ICri.
Clariss. P. P. P. in incluta Salana celeberr.
Magdeburg. Consiliarii di-
gniss.
Publicè expugnandam propugnabit
IVLIVS MARCVS.
Ad XIII. Decembris h.l. consuetis.
I E N Æ
Typis Tobia Steinmanni.
ANNO MDCCXCV.

